Approbationes

Theologorum Ordinis.

ADmirandas divinæ Charitatis operationes certatim adducunt, prædicant, ac commendant, & Adm. R. P. Hierothei Interpres, *Modeſtus Verinus* in ſuo *Diſcurſu Polemico*, & A. V. P. Joannes Matare SStæ Theologiæ Lector Emeritus, & Provinciæ noſtræ Colonienſis FF. Minorum S. Franciſci Recollectorum Definitor in ſuo Libro, cui titulus: *Influxus Charitatis, & Veritatis in Diſcurſum Polemicum à Modeſto Verino Diſcuſſum &c.* ſed quæ harum Charitatum ſit major, erudito, atque impartiali Lectori relinquendum arbitramur. Charitatem, & Charitativam A. V. P. Joannis Matare in hucusque editis Libellis ſcribendi Methodum, à tot Eximiis SStæ Theologiæ tum Lectoribus, tum Licentiatis, tum & Doctoribus Univeſitatis florentiſſimæ approbatam, improbare nefas eſt. Sanctè teſtamur, nos ex mandato R. A. P. Provincialis noſtri cum multa atten-

tione pervolviſſe Librum hunc à dicto V. A. P. Joanne Matare compoſitum; nihil non Charitativum, & Modeſtum, nihil à Sanctâ fide alienum, nihil Chriſtianæ Ethicæ contrarium nos inveniſſe; quin potiùs omnia Charitate, Modeſtiâ, & Veritate plena; ac pro defenſione ſui S. Seraphici Ordinis (cujus Alumnum Author ſe profitetur) admodùm neceſſaria cenſemus. In Conventu Confluentino FF. Min. S. Franciſci Recoll. die 1. Jan. 1756.

F. Bonaventura Fürſt SS. Theolog. Lect. Emerit. & Provinciæ Cuſtos mpp.

F. Balthaſar Clotten SS.tæ Theologiæ Lect. Emerit. & Provinciæ Definitor. mpp.

Libellus (cui titulus *Influxus Charitatis, & Veritatis in Diſcurſum Polemicum à Modeſto Verino diſcuſſum*) à V. A. P. Joanne Matare Ord. FF. Minor. S. Franciſci Recollectorum Provinciæ Colonienſis SStæ Theologiæ Lectore Emerito, ac Definitore actuali compoſitus, à nobis de mandato Rdi Adm. Patris Miniſtri Provincialis Studiosè lectus, nihil Orthodoxæ Fidei, aut bonis moribus contrarium continet; quinimo Religioſam Modeſtiam inconcuſſæ Veritati allocians, inanem Adverſarii conatum repellit, oſtenſiones præfato Sacro Or-

Ordini illatas Vindicat, ejusdémque Jura, ac prærogativas demonſtrat, dignum proinde Judicamus, ac utile, ut mediante typo in lucem prodeat, ſicque Veritatis amatoribus innoteſcat Veritas, eandem verò impugnantium intellectus illuminetur, & voluntas inflammetur ad amplectendum Charismata meliora. Dabamus in Conventu noſtro Moguntino FF. Minor. S. Franciſci Recollectorum die 17. Jan. 1756.

F. Joſephus Netzen SSta Theologiæ Lector Emeritus, & Provinciæ Definitor actualis. mpp.

F. Laurentius Bruckman SStæ Theologiæ Lector Emeritus, & p. t. Guardianus mpp.

Approbationes Extraneæ.

Libellum, cui titulus: *Influxus Charitatis & Veritatis &c.* ab Admodùm Reverendo, & Doctiſſimo Patre Joanne Matare Provinciæ Colonienſis FF. Minorum S. Franciſci Recollectorum SS. Theologiæ Lectore Emerito, ac Definitore actuali Studiosè compilatum non ſemel, ſed iteratò, & cum attentione pervolvi; cúmque repererim, quòd nihil aut Orthodoxæ Fidei, aut bonis moribus contrarium eidem inſeruerit, cenſeo eum pro majori Hiſtoriæ Criticæ dilucidatione typi beneficio ex anecdotis,

ſeu ineditis extrahi, ac evulgari poſſe. Auguſtæ Trevirorum 9. Jan. 1756.

F. Franciſcus Zaus Ord. Prædicatorum SS. Theologiæ Præſentatus, ejusdémque in alma Ubiorum Univerſitate Licentiatus, p. t. Prior Trevirenſis mpp.

LIbrum intitulatum: *Influxus Charitatis, & Veritatis &c.* A. V. P. Joannis Matare Ordinis FF. Minorum S. Franciſci Recollectorum Provinciæ Colonienſis SStæ Theologiæ Lectoris Emeriti, ac Definitoris actualis examinandum perlegi, & nihil contra fidem, & bonos mores inſertum fuiſſe inveni; imò ſapiens Studium, & Religioſam Modeſtiam in ſolvendis argumentis exhibitis reperi, quapropter typis mandari dignum Judico. Datum Treviris 23. Januarii 1756.

F. Nicetius Mullemanz Ord. Eremit. S. P. Auguſtini in antiquiſſima Univerſitate Colonienſi SS. Theologiæ Licentiatus, in Archidiœceſi Superiori Trevirenſi Examinator Synodalis, nec non Lector Caſuum in Conventu Trevirenſi mpp.

Li-